

x 212 5019

Z d
7372

Questio nuptialis

De actionibus temporis nocturni.

Ad quam,

Deo benè juvante,

Sub præsidio Casti amoris, & illibati Hymenæi,

respondebit

**Dn. CHRISTOPHORUS RUTA
CHEMNICENSIS**

Reverendis, Illustris, & Seren. Principis ac Domini,

Dn. CHRISTIANI WILHELMI, Archiepiscopatus

Magdeburgensis & Germaniæ Primatus Administratoris

postulati: Coadjutoris Halberstadensis &c.

Quæstor in arce Quernfurdana.

SPONSUS.

Vna cum pudicis, & lectis, Virgine

SPONSA.

**DOROTHEA ELISABETHA
CLARISS. ET HUMANISS. VIRI DN. M. AN-**

DREAE RASCHII, Primarij civis Magdebur-
genfis, &c. filia.

In festivitate, & auditorio nuptiarum solenni.

Horâ, locoq; concessis,

Quernfurdi 14. Cal. Iul. Anno 1618.

Proposita, à

CHRISTIANO PODENSTEIN P Rectore scholæ

Witzlebicæ ad Onestrum. P 134

Isleby, Typis Hæredum, Gubisianorum.





T jam Vesper adest. sacris jam ritè peractis,
Cum Sponsa Sponsus gaudet adire torum.
Iamq; Amor accēsos motâ face ventilat ignes,
Saltat & ante torum Conjugialis Hymen.
Ite animæ egregiæ, fortunatæq; laborum,
Et facite in thalamo, quod facere audet Amor.
En Deus inceptis favet, & pia vota secundans
Conjugij primus legitimi autor adest.
Et Natura jubet, cui vincula jugalia cordi,
Quæq; parem gaudet consociare pari.
Approbat unanimis Consensus, & una Voluntas
Copulat arcanâ pectora bina fide.
In vita sociam, fortunarumq; salutem
Quilibet Uxorem debet habere suam.
Neve Cupidineis marcescant pectora flammis,
Quilibet Uxorem debet habere suam.
Neu sit homo solus, Sortis quando ingruit imber,
Quilibet Uxorem debet habere suam.
Quare ut prosperitas in se teres, atq; rotunda
Hunc cingat thalamum terq; quaterq; precor.
Dum loquor. Ecce ruit geniale Examen Amorum,
Gaudetq; ante torum duæne ab arte choros.
Incedunt juvenes, illibataq; puella,
Et Sponsam gressus accelerare jubent.
Et cantare juvat, versuq; attollere laudes
Sive Cupido tuas, sive Hymenæe tuas.

Hei

BIBLIOTHECA
MUNICIPALIS

37.
350.

Hei quoties thalamū ter, & amplius admirantur?
Et sentit flammās ille vel illa novas?
Et tacitis optant votis, Numenq; precantur,
Proveniat talis quò sibi ritè dies.
Et quid Amor, quid amans, quid amica, & amare,
Sollicitis reputant sollicitè articulis. (& amari
Felicemq; vocant Sponsum, Sponsamq; beatam,
Nox in amore venit quīs vigilanda novo.
Et jam Sponsa venit manibus deducta Parentum,
Cui pudor ingenuas purpurat ecce genas.
Qualis gemma micans, cum fulvum dividit aurū,
Qualis cum Phœbi Luna nitore micat.
Qualis purpureo cum spargit flore colorem,
E matutino rore renata Rosa.
Et Matrem aspiciens, dulci nunc ore Parentem,
Mox Sponsū aspiciens, ceu tremit agna, tremit.
Sume animum pia Sponsa, quod exhorrescis, amabis,
Nox hæc, quam metuis, melle, meroq; fluet.
Hæc te Conjugij magna inter premia ducet,
Quæ Raschina hodiè es, cras age Rutea eris
Vix ea. tunc Sponsus jucundâ in Virgine figens
Lumina, sub laso pectore vulnus alit.
Vulnus Amoris alit venis, & carpitur igne,
Quoq; magis premitur, tam mage surgit Amor
Hei quid agat? quibus aut verbis mollire Puellam
Audeat, aut flammās temperet ille geaves?
Nunc Raschiū gravitas, & clarum nomen honoris,
Quæ Pallas coluit, quem Themis alma, placent.
Mox Sponsæ decus, & conjuncta Modestia forma,
Lausq; pudicitia mentem, animumq; movent.

Tandem letus ait. Totâ quod mente petivi,
Nunc Favor omnipotens donat habere mihi.
Hac optata dies, sed enim felicior hac nox,
Me faciet chara Conjugis esse Virum.
Hactenus ab solus dulci sine compare vixi,
Cui curas possem tradere, nemo fuit.
Nulla puella Cupidineis me cepit ocellis,
Quae posset pectus frangere, nulla fuit.
solameam mentem flexit dulcissima Virgo
Dorothea, injecit vincula sola mihi.
Hanc exoptavi, cum quâ concorditer annos
Exigere, & thalami fata subire placet.
Iam scio, Conjugium quod sit venerabile donum,
Numinis, & thalami jam sacra jura probo.
Quare agite ô Juvenes, thalami cognoscite laudes,
Legitimo & Nymphas ducite more domum.
Sed nunc illicet. hinc paulum secedite. Nox est.
Non spectanda omni dat sua sacra Venus.
At tu Dorothenilla mane, Elisabethula Sponsa,
Elisabetha mane, Dorothenilla mane.
Tu Mater mihi linque tuam dulcissima Natam,
Hac tua Nata fuit, jam tua Nata mea est.
Hanc mihi trade, Tibi debetur Gratia magna,
Quae mihi jam donas, quod fuit ante tuum.
Sic Sponsus; simul hanc cupidis complectitur ulnis,
Claudere jamq; parat, Matre abeunte, fores.
At Virgo arridens, oculos dejecta modestos,
Parce, inquit, Matri redde, remitte choro.
Non maneo hic sola; en terras amplexa tenebris
Nox ruit, en timida tempora noctis erunt.

Nox

351.

Nox, & Amor, Vinumq, nihil moderabile suadent,
 A mane auxilium, consiliumq, venit.
 Vix ea. Sponsus ad hæc. Nox est gratisima nostris
 Lusibus, atq, in Iaste vocat Acer Amor.
 Ille Dicam scribit tibi, te vocat ante Tribunal,
 Accusator ero, teq, citabo Ream.
 Advocat omnis amans, & habet sua jura Cupido,
 Et si causa subest, arguit omnis amans.
 Non eo, Sponsa refert, quia nulla est actio noctis,
 Observant Solis Iura sacra jubar.
 An legum modos, Iurisq, enigmata nescis?
 Tunc reos Iudex nocte silente citas?
 Antibi nocte citatus comparere tenetur? a
 Non reor, absolvunt hunc sacra jura Reum.
 Quæ fiunt nocte, hæc non sunt notoria facta, b
 Nox res infuscat. Comprobat acta dies.
 Tempore nocturno num justa solutio fertur, c
 Creditor invitus si negat accipere?
 Quare si quid habes, quod debes solvere, solve
 Solve oriente, voca Sole oriente Ream.
 Sic ait: at sponsus replicans, Tu civica tantum.
 Iura refers, claro quæ peragenda die.
 Nox, & amor, Virgoq, aliquid per amabile suadent,
 Nox apta est, Virgo provocat, urget amor.
 Atq, alias servat leges, & jura Cupido,
 Nocturnosq, Ephoros constituisse juvat.
 Dirimit hic lites, & dulcia praelia amantum,
 Nox sola ardentis conscia Amoris adest.
 Sola hæc observat rixas, & jurgia; novit
 An bellum in thalamo paxvè quieta fiet.

a.
 Nocte citatus n
 tenetur comparere
 in C. conf. in glof
 sup. Verb. Tenebr
 de off. de l.

b.
 Nocte factum non
 potest esse notoriu.
 Specul. de not. crims.

c.
 Solutio non poterit
 fieri nocturno tempore
 auctori in vi-
 to. l. si solutum. de
 solut.

d.
ienta, & con-
is possunt fieri
irno tempore.
n minorem C.
ransact.

e.
xaminatio testium
uoz poterit fieri
empore noctis. in
z. consuluit. De
off. De l.

f.
Actus iudicarius de
nocte non potest ce-
lebrari, nisi id fiat
de consensu partiū,
& tunc adhibean-
tur tria luminaria,
ut testes possint con-
spicere partes, quia
nihil bene fit in ob-
scuro.

Advocat hæc, rursusq; Ream dimittit, & agram,
Si cecidit causâ, voce manuq; levat.
Et verba Instillat dubiam solantia mentem,
Et mille in pœnam basia ferre jubet.
Unde dein fuerit, quod facta solutio justa,
Quod comparuerit nocte citata Rea.
Et quod facta sient nimium Notoria noctu,
Comprobat in decimo Mense serena dies.
Hæc Sponsus. Placet hæc Ephoris sententia, & astans
Parvus, non parvis viribus unus Amor.
Heus inquit, si Nox adeo contemnitur, esse
Eius ut in causis actio nulla queat.
d Cur fieri possunt contractus? tempore noctis
Testamenta annon condere Iura sinunt?
e Nonne explorantur nocturno tempore Testes?
Testium & examen iura, forumq; probant?
f Et quamvis merito de nocte, reprenditur Actus
Iudicij, & vires destruat ipse suas;
Attamen hunc firmat Consensus mutuus, & tunc
Lumina per noctem sunt adhibenda Tria.
Scilicet ut Testes possint cognoscere partes,
Fiat in obscuro cum bene sæpè nihil.
Talia tunc Æthon. Sed nondum Virgo movetur,
Et nondum noctis tot benefacta probat.
Sed duplicat. Triplicat Sponsus. Tum deniq; Iudex
Concludens causam talia fatur Amor.
Non nostrum est inter vos hanc componere litem,
Lis hæc est regni firma columna mei.
Ne tamen in diversum agitet sententia mentem,
Et fructu hæc abeat Nox spoliata suo.

In Compromissum pariter pars utraq; debet
 Consentire animis, pectore, mente, fide.
 Scilicet ut vincat causam sententia, Codex
 Quam de nocte sacrâ Virgilianus habet.

Tu recita : Accipite hæc animis, & figite dicta.

Lex loquitur sponsis — — —

Multa adeò melius gelidâ se nocte dedere
 Noctē leves stipula melius, nocte arida prata
 Tondentur, noctis lentus non deficit humor.
 Et quidam seros hyberni ad luminis ignes
 Pervigilat, ferroq; faces Inspicat acuto,
 Optatosq; dat amplexus, placidumq; resumit
 Conjugis infusus gremio per membra soporem.
 Inde ubi prima quies medio jam noctis abacta
 Curriculo expellit somnum, mox suscitât ignes,
 Noctem addens operi, castum ut servare cubile
 Conjugis, & possit parvos educere natos.

Et dubitamus adhuc virtutem extendere noctis,

Nec potius colimus dulces ante omnia noctes :

— — — Hic terminus hæret.

Causa per acta sat est; Lis estq; dirempta; nec ultra
 Differt, sed noctem Sponsa in honore colit.
 Iamq; optat, tardis mora longa ut noctibus obstet,
 Et mille in pœnam basia distribuit.
 Applaudunt Veneres, Testisq; Notarius ista
 Inscribens signo comprobât Aeta suo.
 O felix, quem tanta beat sententia Amoris,
 Post mensem decimum cogitur esse Pater.
 Atq; videt sobolem, succrescentesq; nepotes,
 Est post fata decus Fama recenset anus.

F I N I S.

Bald. in l.
 de te
 Barth. in l.
 norem. C. d.
 transact:

Sent. defn
 bina. Virgili
 Georg. 1. &

Pen. Ed 7372.

QRK

1077



x 212

Questio
De actionibus te

Ad q

Deo bene j

Sub præsidio Casti amon

respor

Dn. CHRISTOP

CHEMN

Reverendis, Illustris, & Sc

Dn. CHRISTIANI W

Magdeburgensis & Germani

postulati : Coadjutori

Quæstor in arce

SPON

Vna cum pudicils.

S P O

DOROTHEA

CLARISS. ET HVMAN

DREAE RASCHII, Pr

gensis, &

In festiuitate, & audit

Horâ, loco g

Quernsfurdi 14. Cal

Proposi

CHRISTIANO PODEN

Witzlebicæ a

1918

Islebij, Typis Haredur

d
372

STATS-61810
017819

